

ret nullum, cui Theologia moralis superstrue-  
retur, satis adcommodatum: vnde in Theo-  
logia morali nimium quantum ex Philo-  
phia morum repetendi necessitatem, sibi  
quoque impositam, doluit. Quae vt in  
posterum sanctiori huic disciplinae non  
aeque nimiam conciliaret prolixitatem:  
quam tunc temporis calamo mei ex-  
ceperunt auditores, typis exscribendam  
vt curarem Philosophiam moralem, au<sup>t</sup>or  
suasorque in primis existit. Obtemperau<sup>i</sup>  
nutui **T A N T I V I R I** eo alacrius, quo ma-  
gis, quod dederat, promissum Theologiam  
**christianorum** practicam systemati meo su-  
perstruendi stimulare potuit animum, sancti-  
oribus doctrinis inseruendi cupidissimum.  
Atque suo certe stetisset promisso, nisi,  
quos, tum introductioni suae in Theologiam  
**reuelatam**, tum polemicis institutionibus  
**deinde** consecrare debuit, labores iusto lon-  
giorem, praeter opinionem, moram iniec-  
sent proposito huic perficiendo. Quin immo,  
his detentus operibus, institit postea, vt ad  
deli-